indemnitati omninò possibili modo consulat, et propria Apostolici sui Officij munia adimpleat, nè Silentium pro consensu, et approbatione ipsius, et Sedis Aplicæ habeatur, expresse coram Deo et hominibus, cunctoque Catholico Orbe protestatur ex defectu legitimæ potestatis de invaliditate cuiuscumque resolutionis quoque modo Græco Romano Unitiorumque Juribus præiudicium inferentis nedum præmisso, sed et omni alio meliori modo, et forma &c de quo omnibus &c.

Pacta Hadiacentia concessa Schismaticis de anno 1659. ex Idiomate Polono in Latinum translata; Commissio Hadiacensis §. II.

Religio Græca pervetusta, et talis, cum quali ex antiqua Russia ad Regnum Poloniæ accessit, ut penes suas prærogativas liberoque devotionum suarum exercitio maneat, quousque se Ruthenæ Linguæ extendit Idioma in omnibus Civitatibus, Oppidis, Pagis, tam in Regno Poloniæ, quam in magno Ducatu Lithuaniæ, etiam in Comitijs generalibus, Exercitibus, Tribunalibus, non tantum in Templis, sed publice in Processionibus, in visitandis infirmis cum Sac. Sinaxi, sepeliendis mortuis, penitus in omnibus, ita sicut suis devotionibus libere, ac publice utitur Ritus Romanus,